



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Ponitfcvm Romanorvm Continvata Svccessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233



SÆCULVM VNDECIMVM,

Hoc placuit aliquibus appellare

FERREVM,

seu

POLITICO-SCHISMA-
TICVM.

PONTIFICVM ROMANORVM CON-
TINVATA SVCCESIO.

140.



ILVESTER II. crea-
tur anno 999. Vide ibi-
dem.

Qui Papæ fecerat
calumnias, iam Papa patitur grauiores.
Nam à Bennone pseudocardinali schis-
matico fingitur arte magica Papatum
quæsiuisse, & animam Satanæ deuouit-
se, promittenti ei Pontificatum tam
diu, donec templum Ierosolymorum
non attingeret; in ille vero templum S,

Crucis in Ierusalem Romæ, ac statim
obiisse.

Fabula hæc. Causata tamen eius stu-
dio astronomiæ nimio, vnde suspectus
fuit de vaticina astrologia.

Zelosus fuit cultor monasticæ, &
Sanctorum virorum. Obijt an. 1003. Se-
dit an. 4. Men. 6. di. 12.

141. IOANNES Siccus XVI. creatur
quem alij volunt esse XVIII. scil. con-
numerantes pseudopapas Ioannes. Ob-

ff

ije

iiit cum sedisset menses quinque, dies 26.

142. IOAN. XVII. Fafanus rite creatur *an.* 1003 Græcos schismaticos disputatione conuicit, & adiuuit Ecclesiæ. Obijt *an.* 1009. Sedit annos 5. Men. 7. Dies 3.

143. SERGIUS IV. creatur *an.* 1009. canonicè. Obijt *anno* 1012. Sedit An. 2. Men. 9. Dies 12.

144. BENEDICTVS VII. legitimè creatur *an.* 1012.

Contra ipsum quidam Romani intrudunt Gregorium potentem: à quo pulsus Benedictus confugi Mersburgum ad Henricum regem. Eum anno 1013. Henricus restituit præmissum sibi cum exercitu subsequenti, & sic Romanis scribenti: *Nemo Imperator dici aut esse valeat, nisi quem Papa Rom. morum probitate delegerit aptum, ei que commiserit in signe Imperiale.*

* Anno 1014. Henricum à Romanis regie exceptum, ac interrogatum in æde S. Petri, *An velit esse fidelis Patronus Ecclesie Romanæ?* respondentemque Vclle, coronat Papa & inungit cum Kungunde.

Anno 1016, feliciter pugnat mari contra Saracenos litora Italiæ infestantes, & horum capit Reg nam.

Anno 1017. In Iudæos crucifixi illulores vindicat.

Anno 1024. moritur Episcopus Capuanus in itinere sabbatum nigrum compellat: cui ait se detineri in pœna certum salutis; tantum Papæ diceret, pecuniam in tali capsa pro anima sua inter pauperes erogaret.

Mox Capuanus ille fit monachus.

Idem apprensus Portuensi Episcopo ait, se S. Odilonis Abbatis suffragijs reseruari: proinde iubet eum illa frequentare. Fit, S. Odilo fratribus indicit suffragia, dispensatque eleemosynas. Benedictus sedenti in Capitulo apprensus actis gratijs candidus disparet. Sedit An. II. Men. 10. Di. 12.

145. IOAN. XIX. Germanus frater Benedicti creatur *an.* 1024.

Anno 1033. quidam cupientes Papam occidere cum non valerent, eum vrbe expulerunt: sed Conradus Imp. continuo eum restituit, mox morientem. Sedit *an.* 8. Men. 7. dies 9.

146. BENEDICTVS IX. Alberici Comitis Tusculani filius duodennis à patre intruditur, & Papa agnoscitur *an.* 1033. Dicit eum Petrus Damiani tota vita luxurijs fuisse taminatum ac damnatum ad inferos.

An. 1041. dispensat cum Casimiro Polono certis conditionibus, vt ex monacho in Regem institueretur.

An. 1044. Ob benedicti turpitudinem duo alij Antipapæ sese intruserunt in Vrbe sedentes.

Tunc Gratianus Presbyter persuasit duobus intrusis, vt certis redditibus victitantes abstinerent à Papatu. Bartholomæus Abbas fidenter sic atlatus Benedictum: *Non licet tibi Sacra facere, sed potius abstinere; Deum placare, quem peccando irritasti.* Territus sese protinus abdicat Papatu. Succedit electione Gratianus, dictus.

147. GREGORIVS VI. ille Gratianus continuo surrogatur omnium consensu *an.* 1044. reformat Ecclesiam vita, doctrinaque.

Anno

Anno 1045. vindicat distractū & alienatum Patrimonium Petri. Debellat Saracenos; componit schismaticos.

At *an.* 1046. Henrico Imperatore intrudente CLEMENTEM II. cedens ultro Gregorius VI. se abdicat Pontificatu, schismati cauendo. Coronatus ab illo Imperator statuit, *Papas ab Imperatore Rom. non a Romanis esse creandos.*

Vnde Hæresis Hentriciana, de qua in Varijs. Gregorius sedit an. 3.

148. CLEMENS II. intrusus *anno* 1046. moritur *anno* 1047. cum sedisset menses 9.

149. DAMASVS II. creatur & moritur *an.* 1048. sedit dies 23. Vacatque Sedes pene annum 1.

150. S. LEO IX. creatur *an.* 1049. nouo exemplo, & iniquo. Clerus, Populusque Rom. miserunt in Germaniam ad Henr. II. Imp. vt mitterent, quem eligi Romæ Papam vellent. Misit Benonem Episc. Tullensem. Qui se per Gallias in purpura pro Papa designato gerens, Cluniaci à Priore Hildebrando monetur, desisteret: Infandum esse ab laico dari Papam: Seque audiret; effecturum, vt Maiestas Imperialis non offenderetur; & Libertas Ecclesiæ non temeraretur. Parer; positaque purpura in cultu, peregrini Romam venit, & agente Hildebrando eligitur Papa, re-tento Tullenti Episcopatu.

Futuri honoris indicia præcessere: Vitulus sibi fuit à leuæ via aspera ductum in folio collocari, dicitque; Post quin-quennium tibi sedes dabitur, vt sis Domino *fidelis seruus & prudens, quem. &c.*

Iamq; Romam initurus audiit can-

tales Angelos; *Dicit Dominus ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.*

A deo sanctam duxit vitam, miraculis illustris.

Continuo plura per Germaniam frequentat Concilia labi & Simoniacæ & Luxuriæ Clericalis corrigendæ.

Anno 1053. Patauij tres Sanctos inuentos cum tribus Innocentibus solen- niter Canonizat.

Anno 1054. Laborat in tollendo schismate Constantinopolitano.

In Concilio Romano & Vercellen- si damnat Berengarium Sacramenta- rium.

Commutat quasdam terras cum Henr. Imp. Ducensque contra Northmannos, bonorum Ecclesiæ inuasores, victus tenetur honorificè captiuus.

Anno 1054. moritur. Iussit leprosum in suum ferrilectum, & curari; at eo dis- parente putatur fuisse Christus.

Episcopus quidam forte reliquerat puerum mutum Romæ abiens; puer ad sepulcrum S. Leonis excubat, orat; ei crescit lingua, loquitur recte. Alius lo- quentib. de eius Sanctitate, ait; Si is san- ctus est, contrahat hunc mihi digitum. Ecce continuo irruenti cani suo in por- cum dum manus iniicit, porcus eū mor- dicus prehensum digitum eneruat, vt contractus fieret. Sedit an. 5. M. 2. dies 8. Canonizatur.

151. VICTOR II. ex Episcopo Eiste- bensî designatur ab Imperatore Papa, Romam missus à Clero eligitur *an.* 1055.

Concilijs habitis incubit ad refor- mationem disciplinæ Ecclesiasticæ, & ne bona Ecclesiastica alienen- tur,

Diaconus ei calicem miscuerat veneno: consecratum eleuaturus non valuit: prostratus in preces cum admonito populo dum orat, Satan obsidet Diaconum; territus omnes ad instantiam orationis monet fugando diabolo.

Liberatus obsessus culpam fatetur.

Calix sacratus aræ inclusus asseruatur: Papa miraculose seruato.

Anno 1056. Henrico quinqueni stabilit Regnum Germaniæ: obit *an.* 1057. Sedit annos 2. Men. 3. dies 16.

151. S. STEPHANVS X. Gallus liberè & canonicè creatur *an.* 1057. Concilijs habitis reformat disciplinam ecclesiasticam, territus exemplo hoc: Romæ Presbyter concubiniarius negabat Conciliorum Statuta conscientias obligare.

Robustus valensque incumbit, moritur repentinâ. Petrus Damiani Iudex criminorum iubet sepeliri in cimiterio, ceu Sacerdotem; & sine cruce, processione cæterisque ritibus; sed sepultura asini.

Anno 1058. Florentiæ æger à S. Hugone Abbate Cluniacensi visitur; quo præsentè dæmon astans aufugit; abeunte reuertit: ergo Papa reuocatum orat, secum permaneat dæmoni fugando: moritur: corpus eius claret miraculis sanationum.

Sedit Mentis 7. dies 26.

152. NICOLAUS II. Burgundio canonicè creatur *anno* 1058. Corrupti pecunijs Romani intrudunt Mincium Benedictum; sed à Cardinalibus degradatum, inque carcere mortuum auarissimum.

An. 1059. celebrat Conc. Rom. contra Berengarium, hæresim abiurantem.

Ibidem decreuit, vt Pápæ eligendi & electi merita prius indicarentur Imperatori; cui sit ius non eligendi, sed proponendi quendam, ac deinde & defendendi.

Sed cum demum Imperatores hanc indulgentiam verterent in abusum eligendi; merito est eis adempta.

Normannis dat in feudum Calabriam, Siciliam, Apuliam; vindicatque Ecclesiam à tyrannis. Moritur *an.* 1061. Sedit annos 2. Men. 6. di. 1.

153. ALEXANDER II. canonicè creatur à Cardinalibus *anno* 1061. Factiosi per Imperatorem, curant intrudi Cadoloum, quem dicunt Honorium.

Anno 1064. celebrat Mantuæ Concilium pro sui confirmatione, & Cleri reformatione contra Simoniacos & Concubiniarios; & eos *an.* 1065. excommunicat, frustra cum arguente Petro Damiani.

Anno 1069. Henricum Regem cohibet à diuortio per minas excommunicationis.

Anno 1070. Episcopum Moguntinum Babergensem citat Romam ob Simoniam.

Æger sumpta digitorum ablutione monachi sanatur, & dedicat ecclesiam Cassinensem.

Anno 1073. Accusatum ab Episcopis Germ. Henricum Imperator. citat Romam ad dicendam causam: Moritur cum sedisset annos 11. Men. 6. Dies 22.

154. GREGORIUS VII. antea Hildebrandus Monachus Card. creatur canonicè *an.* 1073. approbante electione Hen-

Henrico Imp. Gallia Episcopis nequicquam obsistentibus. Exigit in Hispania censum S. Petro debitum. Anno 1074. compescit Saxones contra Henr. Imp. insurgentes. Plura frequentat Concilia contra Simoniacos & Concubinarios Clericos. Principes rebelles excommunicat, mittitque in eos exercitum.

Anno 1075. Missam celebrans ab ara abreptus à Quintio Romano carcera- tur; sed liberatus Henricum citat Romam causæ dicundæ; verum ab hoc in Conc. Wormatiensi abdicatur Pontificatu. At Papa Henricum & complices excommunicat, regno exiit, subditos à iuramento ei facto absoluit anno 1076. per Encyclicam: At à schismaticis retorquetur in eum excommunicatio. Anno 1077. Henricum pœnitentem sub conditione absoluit ab excommunicatione; seq; purgat ab obiectis. Excommunicat accipientes *Inuestituram* à laicis Principibus. Anno 1078. In Conc. Romano excommunicat schismaticos Episcopos. Itemq; & Nicephorum Imp. Orientis excommunicat. Anno 1079. Berengarium rursus in Con. excommunicat. Regem Poloniae abdicat à regno.

Anno 1080. Henricum Regem iterum excommunicat, regno exiit; & Rudolphum Regem Germ. confirmat. At Rex Henricus in pseudosynodo Brixienſi ipsi abrogat Pontificatum; surrogat contra eum Guibertum Antipapam. Anno 1081. Refutat hæresin Metensis Episcopi, *negantis posse Reges excommunicari à Pa-*

pa. Anno 1082. Pressus obsidione ab Henrico, Concilia contra eum celebrat; soluiturque obsidio per Robertum imploratum. A. 1085. Gesta eius contra Henricum diuinis Visionibus comprobantur, & moritur. Sedit annis 12. Men. 1. dieb. 3.

155. VICTOR III. Beneuentanus creatur anno 1085. canonicè, licet inuitus ex Abbate Cassinensi, disciplinæ monasticæ eximio reformatore, & Regi Henrico sana suadenti multis, etsi irrito euentu, An. 1086. Cassinum reuersus Patus insignia deponit: at anno 1087. resumere persuasus confirmatur: & mitens in Africam copias ingenti pralio vincit Saracenos: & Concilio Beneuentano contra schismaticos celebrato, an. 1088. motis præsciis obit. Sedit ann. 1. Men. 3.

156. VRBANVS I. Gallus creatur anno 1088. Canonicè. Ægrotus Cassini sanatur à S. Benedicto monacho. Cõfirmat excommunicationes in Henricũ, Guibertum, & Schismaticos. An. 1095. Post plurima celebrata Concilia Conrado Regi fidelitatem iuranti Rom. Ecclesiæ promittit Imperij coronam. Decernit *expeditionem in terram Sanctam*, ide oq; in Conc. Claramontano indicit *Officium B. V. Mariae* Clericis. An. 1096. excommunicat Regem Franciæ; iterumque absoluit. An. 1098. comminatorias scribit Regi Hispaniæ in causa depositi Episc. Compottellani. Moritur an. 1099. Sedit an. 11. men. 4 di. 18. De prædictis explicatio in *Vatys.*